



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Frumentio ep[iscop]o.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. cclxiij.

beatus Tyrrianus in epistola ad confessores rogatiano iuniori mentioem facit: eos magnifice commendans. Passi sunt aut. viij. kal. nouembri. Hec ado.

De sancto Frumentio epō. Cap. cxiij.



Rumen

rius episcopus apud Indiam claruit tempore constantini imperatoris. Fuerit

autem duo pueri romani christiani: scilicet frumentius et hedyfius tempore constantini imperatoris augusti: qui dum ab annis

puerilibus essent christiani: cum meropio quodam presbytero eorum magistro: interna indiarum superioris locorum orbis perscrutando gratia penetrarunt: ubi nunquam adhuc christi fuerat euangelium predicatum: qui a dicto presbytero litteris imbuebant. Romanis vero tunc ipsius pacis federa indiarum insularibus: cuius qui de latinorum populo per totam indiam repti sunt: capiti et trucidati fuerunt. Inter quos presbyteri pueri sub arborum lectiones suas repetentes: a barbaris comprehensi: uita illis remissa: quia pueri: et regi indorum sunt presentati. Quorum alter rex scilicet hedyfium sibi pincernam fecit: frumentio vero rationes suas et scripula concessit. Cum autem rex ad mortem instaret: filio paruulo regnum: pueris vero presbyteris libertatem reliquit. Quo mortuo ad preces regine cum filio paruulo: donec adoleueret permanserunt. Frumentius igitur nocte paruuli regnum gubernabat: unde occasione accepta: christianos in uniuerso regno conuocauit: et ecclesias edificandi libertatem concessit: christi quoque publice annuncians multos de populo ad fidei christi conuertit. Sanctus vero hedyfius ad tyrum italicam ciuitatem perueniens parentibus abiit. Frumentius autem perperans alexandriam uenit: et arhanasium tunc ipsius uerbis episcopum rogauit: ut nouellis christianis episcopum delegaret. Arhanasius autem frumentium eundem episcopum consecrauit: qui predicacionis officium in ipsa puincia fideliter administrans: et multis signorum et miraculorum uirtutibus cornuscans: pene omnes superioris indiarum gentes ad christum adduxit: pleniusque sanctitate in pace quiescit. vi. kal. nouembri. Siose sepultus in regia ciuitate.

De sanctis uincentio sabina et christiana uirginibus et mar. Cap. cxiij.



Vincentius marty

sabina et christiana uirgines passi sunt in hispania ciuitate abelula sub preside daclano. Qui primo in equuleo ab eis sunt extortiti ut omnes compages membrorum eorum soluerentur. Deinde capita eorum lapidibus super

posita usque ad executionem cerebrum validissimis uentibus sunt contusa: atque ita eorum martyrium compleuerunt. vi. kal. nouembri: ut dicitur ad.

De sanctis Symone et iuda apostolis. Cap. cxiij.



Symon et iuda

nancus et iuda: siue radeus apostoli: fratres germani fuerunt iacobi minoris et ioseph iusti: filij marie cleophae: quae alpheo nupta fuit. De quo supra dictum est in legenda sancte anne. viij. kal. augusti. Judas autem ad abagarum regem

edesse missus fuit post dominum ascensionem. Cum enim dictus rex infirmitate nimia esset oppellus: audiens de miraculis christi tunc in iudea predicantis misit ei epistolam rogans: ut ad se venire dignaretur: et eum ab infirmitate curare: afferens eum dei filium: cum tamen adhuc esset gentilis. Cui iesus per epistolam respondit: quod oporteret ipsum omnia complere propter que missus fuerat: et postea ab eo qui miserat illum in celum recipi. Promittens quod unum ex eius discipulis post eius ascensionem ad eum mitteret: qui eum ab omni egritudine liberaret. Postea vero quod dominus assumptus est: ut in hystoria ecclesiastica legitur: misit thomas apostolus radeum: qui et iudas dicitur: est ad abagarum regem iuxta domini promissionem: uisitatusque rex in uultu radei mirum et diuinum splendorem: et continuo in christum credidit: et eius discipulum adorauit. Et cum leprosus esset: ut in quibusdam libris legitur: radeus eum tetigit: et mox plenam mundationem accepit: et baptismum suscepit. Scripsit autem iudas apostolus uicini de. viij. que canonice dicuntur epistola: que quae in libro enoch apocrypho testimonium sumptum a populis et repudiatur: usum tamen et auctoritate maiorum inter sanctas meruit computari scripturas: ut dicit hieronymus libro de uiris illustribus. Iudas primo in mesopotamia et postea predicauit: Symon vero in egypto: deinde ambo in perfidiam uenerunt: et ibidem duos magos zaroem et arphasath: quos matheus de ethiopia fugauerat inueniunt: ut supra dictum est in eius passione. xi. kal. octobris. Qui per magicas incantaciones multa signa faciebant: et populum multis ludificationibus. Tunc baradach dux pertris regis babiloniae ad prelium contra indos profecturus nullum a dijs suis potuit habere responsum. Pergentes autem ad phaniam urbis ciuitatis: a dijs illorum audierunt: quod propter apostolos qui illuc uenerant dijs sui respondere non poterant. Quos dux requisitos et inuictos: interrogauit qui essent: uel qua de re uenissent. Qui se genere hebreos: condictione christi seruos et apostolos esse responderunt: causa uero salutis illorum illuc uenisse dixerunt. Cum autem dux diceret: quod dijs suis potest